

7247 in tabula praelonga per medium rupta; Marsalae in viridario coenobii S. Stephani GVALT. Hodie in curia imminuta.

DIIS M A N I B V S  
P · STATIO / \ A M S T A  
TIVS q u A R T V S · E F · S I B I  
ET · SALVIAE · C · F · FELICVLAE · VXORI  
5 POSTERISQVE SVIS · L · D · D · D

Recognovi quod superest. Plenior vidit Gualterus n. 242 = 141. Inde omnino Mur. 1279, 10 'misit Andreas Lucchesius abbas'. Torremuzza XI, 32 = 33 ex Gualt., XII, 51 = 58 ex Mur.

2. 3 P · SIA · R · MARIO · S T A T I V S A · T V S  
Gualt., P · STATIO · MARIO · PAT · S T A T I V S A R G V T V S  
Mur. ex supplemento.

7248 Marsalae in aedibus Francisci Milazzo ALAGNA. Non extat TARDIA.

P · TITINIVS  
DES QVN

Ros. d'Alagna apud Tardiam ms. Pan.

7249 Marsalae apud Andream de Girolamo.

R A N T  
T E R · A  
A · D I C

Descripti a. 1878.

7250 basis. Marsalae alla cantonera del collegio tirando dalla Porteria per andare alla Porta falsa.

L A I I A C I A  
.....

Tardia ms. Panorm.

7251 Marsalae ad portam novam.

N A  
I N I

Schubring ms. et Philol. 24, 82.

7252 Marsalae in coenobio monialium S. Petri.

L E C T O R H V  
I V S E C C Q V I  
V I X I T A N N O S X X  
D E P O S I T V S n i I  
5 D V S F E B R V A R  
I A S I n d X I

Rosarius Alagna apud Torremuzzam ed. 2 XVII, 38.

Initio hiatus non adnotatur; traduntur 1 ΙΣΤΟΚ, 2 QVM, 4 T (pro Q puto), 6 ΑΣΙΠVXI.

## XVII. ERYX MONS (Monte di S. Giuliano). DREPANVM (Trapani).

(cf. C. I. Gr. 5498—5541 cum add. p. 1249.)

Aedis Veneris structae in monte Eryce vel potius Eryco (ea enim vocabuli declinatio magis Latina videtur testibus titulo n. 7258, Cicerone Verr. 2, 8, 22. c. 47, 115, Tacito ann. 4, 43, Terentiano Scauro vol. 7 p. 29 Keil, Floro 4, 18 secundum Nazar.), de cuius origine remotissima opulentissimaque gaza (Thucydides 6, 46; Pausanias 8, 24, 6; Aelianus de anim. 10, 50; Diodorus 4, 83; Cicero Verr. 2, 47, 115) hoc loco non est quod agamus, postquam Romani insula potiti sunt, honor et splendor magnopere crevit, quippe quae condita ab Aenea quasi quodam iure consanguinitatis ad Romanos pertinere videretur, ut prae aliis luculenter ostendit Diodorus 4, 83: τὸ δὲ τελευταῖον Ῥωμαῖοι πάσης Σικελίας κρατήσαντες ὑπερβάλλοντο πάντας τοὺς πρὸ αὐτῶν ταῖς εἰς ταύτην (Venerem Erycinam) τιμαῖς. καὶ τοῦτο εἰκότως ἐποίησαν τὸ γὰρ γένος εἰς ταύτην ἀναπέμποντες καὶ διὰ τοῦτο ἐν ταῖς πράξεσιν ἐπιτυχεῖς ὄντες τὴν αἰτίαν τῆς ἀξίωσης ἡμεῖς βοντο ταῖς προσηκούσαις χάρισι καὶ τιμαῖς. οἱ μὲν γὰρ καταπτόντες εἰς τὴν νῆσον ὕπατοι καὶ στρατηγοὶ καὶ πάντες οἱ μετὰ τινος ἐξουσίας ἐπιδημοῦντες, ἐπειδὴν εἰς τὸν Ἐρυκα παραβάλωσι, μεγαλοπρεπέσι θυσίαις καὶ τιμαῖς κοσμοῦσι τὸ τέμενος, καὶ τὸ σκυθρωπὸν τῆς ἐξουσίας ἀποθέμενοι μεταβάλλουσι εἰς παιδίας καὶ γυναικῶν ὁμίλιας μετὰ πολλῆς ἰλαρότητος, μόνως οὕτω νομίζοντες κεχαρισμένην τῇ θεῷ ποιήσειν τὴν ἑαυτῶν παρουσίαν ἢ τε σύγκλητος τῶν Ῥωμαίων εἰς τὰς τῆς θεοῦ τιμὰς φιλοτιμηθεῖσα τὰς μὲν πιστοτάτας τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν πόλεων οὐσας ἑπτακαίδεκα χρυσοφορεῖν ἔδογματίσει τῇ Ἀφροδίτῃ καὶ στρατιώτας διακοσίους τηρεῖν τὸ ἱερόν. Conditio aedis singularis fuit et similis eius quam aedi Dianae Tifatinae supra p. 367 adseruimus, scilicet cum praeterea aedes ita essent populorum suorum, ut ipsae bona nulla haberent, hae duae in sua potestate videntur fuisse, ut nec municipii coloniaeve ullius essent nec publicae populi Romani. Eius iuris documenta infra edentur tam signaculum nomine Dianae illius Tifatinae inscriptum quam tegulae inscriptae

Venerus Heruc., quae etsi emergerunt ex museo privato Neapolitano, aut ab Eryce eo venisse crediderim aut certe ad aedificia huic aedi propria pertinuisse. Eodem pertinet, quod delubrum Strabo 6, 2, 6 p. 272 ait ἱεροδοῦλων γυναικῶν πλῆρες τὸ παλαιόν, ἃς ἀνέθεσαν κατ' εὐχὴν οἱ τ' ἐκ τῆς Σικελίας καὶ ἔξωθεν πολλοί. Eas ancillas et Diodorus respicit et passim nominantur in Verrinis Venerii servi (l. 3, 20, 50. c. 22, 55. c. 39, 89. c. 44, 92. 93. c. 44, 104; pro Cluent. 15, 43). Invenitur item Agonis liberta Veneris Erycinae (divin. 17, 55), ut supra n. 4263 Rufi Dianaes (liberta), sed manumissa ita, ut quodammodo etiam post missionem deae maneret (l. c.: illa, ut mos in Sicilia est omnium Veneriorum et eorum, qui a Venere se liberaverunt, ut praefecto illi — Antonii servos ad classem abducenti — religionem Veneris nomine obiceret, dixit et se et sua Veneris esse) eique rursus in servitute adiudicaretur iudicio fortasse iniquo magis quam iniusto. Eiusmodi servitus et manumissio ab institutis populorum Latinorum adeo abhorret, ut cum simile quiddam Larini temptaretur, existeret, qui eos homines servos esse negans in libertatem adsereret (Cicero pro Cluentio l. c.). Denique Venus Erycina liberae rei publicae aetate ex testamento legatum capere potuit, fortasse etiam heres institui (Cicero Verr. 2, 8, 21: audivit Dioni cuidam Siculo permagnam venisse hereditatem: statuas iussum esse in foro ponere: nisi posuisset, Veneri Erycinae esse multatum). Populum autem, quo tempore haec delubri ordinatio obtinebat, in eo monte nullum fuisse apparet. Id num coeperit cum ipsa dominatione Romana, dubium est; nummi enim inscripti ΕΡΥΚΙΝΟΝ (sic) propter artem rudem et formas litterarum parum bonas cum aetate Romanae videantur tribuendi esse, fuisse in Eryce monte aliquam rem publicam etiam sub Romanis indicant. Sed nulla ea fuit tam extrema aetate liberae rei publicae, cum Cicero Verrem accusavit, quam sub imperatoribus. Sane debebant ibi homines non pauci, fere ut ad